



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

### **Conciliorvm Omnivm Generalivm Et Provincialivm Collectio Regia**

Ab anno MCLXXXI. ad annum MCCCXIV.

**Parisiis, 1644**

Titvli Capitvlorvm.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-15974**

*nasterium contra prohibitionem Gaufridi filii Petri comitis de Essexe, tunc temporis summi iustitiaris Angliæ. In quo Concilio idem archiepiscopus subscripta promulgauit decreta, statuens ea a suis subiectis inuolabiliter obseruari.*

ANNO  
CHRISTI  
1100.

## TITVLI CAPITVLORVM.

- |   |  |
|---|--|
| I. <i>Vt verba diuini officii, distincte proferantur.</i>   | VIII. <i>Nihil exigendum pro sacramentis administrandis.</i>                                       |
| II. <i>Quod non liceat presbytero bis in die celebrare.</i>   | IX. <i>Ne decima minuat occasione mercedis seruientium vel messorum.</i>                           |
| III. <i>De baptisinate vel confirmatione, si dubitetur.</i>   | X. <i>Ne clerici in sacris ordinibus constitui focarias habeant.</i>                               |
| IV. <i>De penitentia.</i>   | XI. <i>Quales persone debeant contrahere matrimonium.</i>  |
| V. <i>Quo modo archiepiscopus, episcopus, &amp; eorum officiales debeant hospitari cum subiectis.</i> | XII. <i>Diffamatis publica fama indicatur purgatio.</i>  |
| VI. <i>Ne quis ordinetur sine certo titulo.</i>   | XIII. <i>Vt leprosi cæmeterium &amp; propriam habeant capellam.</i>                                |
| VII. <i>Quod non liceat excommunicationis sententiam proferre, nisi canonica commonitio præcedat.</i> | XIV. <i>Ne aliquis sine episcopali auctoritate ecclesiastica beneficia de manu laica recipiat.</i> |

## CAPITVLA.

I.

**C**VM in diuinis officiis non sine periculo corporum & animarum erretur, salubri prouisione consilii prospeximus, vt a quolibet sacerdote celebrante verba Canonis rotunde dicantur, & distincte, nec ex festinatione retracta, nec ex diuturnitate nimis protracta. Non est enim ibi diu immorandum propter insurgentes cogitationes\*, quæ, vt muscæ morientes, perdunt suauitatem vnguenti. Similiter & omnes horæ & omnia officia aperte & distincte dicantur, ita quod ex festinatione nimia non præcidantur, vel syncopentur. Quod si obseruatum non fuerit, sacerdotes hoc non obseruantes post trinam admonitionem

\* quia  
muscæ